



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 9. De modico huius vitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

## MEDITATIONVM. 465

nocens, vtilis aliis, & patiens in aduersis.

3. *Animam ponit pro ouibus, qui mundo & dæmoni se opponit, cohibendo intellectum, voluntatem ne peccato consentiant, eligendo potius mori, quam peccatum mortale: per visum, tactum &c. admittere.*

4. *Mercenarius est, qui non querit in operibus suis (v. c. concionibus, lectionibus, frequentatione templi &c.) suam vel aliorum salutem, sed gloriam mundi & vanitatem.*

5. *Lupo veniente fugit, qui orta tentatione mundi, carnis &c. non adhibet ieiunia, vigilia, ciliicia, sed fugit poenitentiam, sinens se à tentatione superari, deuorari: immo fit seruus Carnis, peccati &c. à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 2. Pet. 2.19. Ioan. 8. Rom. 6.*

6. *Tunc oues tuas cognosces, si tuam imbecillitatem, imperfectiones, lapsusque quotidanos per examen explores; cognosceris vero ab eis, si omnes potentiae ac sensus tui, voluntatis et rationi subiiciantur; & ipsa ratio subiiciatur Deo.*



## MEDITATIO IX. DE MODICO HVIUS VITÆ.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus Discipulis: Modicum, & Ioan. 16. iam non videbitis me, & iterū modicum, & videbitis me; quia vado ad patrem.* V 4 II. Dis-

**II.** Discipulis non intelligentibus hoc dicetum, ac derogare paratis, præuenit, significans, se loqui de tristitia ipsorum & mundi gaudio: ac utriusque conuersione.

**III.** Videbitis me, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tolleret a vobis.

## P R O P H E T I A E.

- Job 20.5* **G**audium hypocrita ad instar puncti.  
*c. 21. 13.* **D**ucunt in bonis dies suos, & in pundo ad inferna descendunt.  
*Sap. 5.* **A**mbulauimus vias difficiles, & soli iustitia non illuxit nobis.  
*Et subito nati desijmus esse.*  
*Iac. 4.14* **Q**uid est vita? Vapor ad modicum parens.

## D O C V M E N T A.

1. **S**ICVT Christus prædictit hic Apostolis passionem & futuram postea lætitiam; ita & suis mala in hac vita tum prædicet (ut præuisa minus feriant) & addit læta simul, ne temptationi succumbant.
2. Bonis nuntiantur & eueniunt primū tristia; postea iucunda: at malis contrarium eueniit.
3. læta; post tristia nam peccatores in mundo consolationem quærentes, ignibus sempiternis ardebunt; at pii in cœlis aeternum gaudebunt.

3. Tan-

## MEDITATIONVM. 467

3. Tanta est Domini bonitas, ut volentes a-liquid petere ( sicut hic discipulis factum) ipse præueniat.
4. Officium pij hominis in hac lacrymarum valle est, flere potius quam gaudere. 1. propter ea, quibus Christū fugamus. 2. propter tentationes continuas. 3. ob Christū passionem meditandam.
5. MODICVM, est tristitia huius vitæ, quæ comparatur vmbra, vaporī, momento.
6. Iustus pro tribulatione vnius momenti; recipit non tantum hic consolationem; sed & regnum sempiter: num impius ē contrario, pro brevissima voluptatula, subit poenas sempiternas, ut dixit Abraham epuloni, fili recordare, quia in vita tua recepisti bona; & Lazarus similiter mala. Nunc autem ille consolatur, tu vero cruciaris. Sæpe considerabat Apostolus. non sunt condigna passiones Rom. 8: huius temporis, (qualescunq; sint, et si videantur graues & diuturnæ) ad futuram gloriā &c. momētaneum & leue tribulationis nostra supra modum in sublime aeternum gloria pondus operatur in nobis.

2. Cor. 4

17.

### \*\*\*\*\* MEDITATIO X.

#### DE QVIBVS DAM EFFEC- TIS SPIRITVS S.

##### PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Dixit Iesus discipulis: vado ad Patrē, Ioan. 16:  
& nemo interrogat: quo vadis? sed  
expedit